

scripta sunt de^d hiis^d, que in^e presenti tempore consummanda speramus. Que omnia, si^f creduntur, manna sunt et poculum salutis; si autem in futurum reservantur^g, putrescit^h, et exinde non credentibus quasi quidam vermes ad iudicium et ruinam consurguntⁱ.

- 275 [De^k VII preliis, que sunt VII sigilla veteris testamenti^k] Septem vero sunt generalia prelia⁵⁶, que sub lege^l consummata leguntur, secundum^m illud, quod scriptum estⁿ: *In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum*⁵⁷. Sex^o tribulationes describit, quia^p due^a pro una recipiuntur. Septem itaque describuntur certamina, sed tamen sex aliquando describuntur, quia videlicet electorum ecclesia in sex tribulationibus instituitur, probatur, purgatur^r, liberatur et in septima iam^s malo non tangitur, quia ab omnibus laboribus requiescit⁵⁸. Septem vero certamina^t que sint, de^u serie^u historiarum^v colligitur^w: primum^x Egiptiorum, secundum Canaanorum, tertium Syrorum^y, quartum Assyriorum, quintum Caldeorum, 285 sextum contra Babilonem Medorum^z et contra filios Israel, residuum^a quod quarto tempore occubuisse videbatur Assyriorum⁵⁹. Septimum certamen Grecorum fuit, cum videlicet Antiochus rex urbem sanctam contaminavit et templum⁶⁰, et qui evadere potuerunt, ad abdita montium se transtulerunt. Hec igitur^b sunt signacula septem^c, quibus liber erat signatus, quia, 290 quid ista significaverint^d, nesciebatur, quousque Christus^e ea^f aperiret^g. Aperit^h hec Christus, quando opera, que in illis designataⁱ sunt, perficit^k. Nam si queris, quid typice^l Egyptii^m designaverint, invenimus novos Egipt-

d) verbis DE. e) fehlt AC. f) sic C. g) reservatur AC; conservatur E. h) putrescunt D. i) Ende des in B fehlenden Abschnittes (ab Z. 252). k-k) fehlt ABCE. l) folgt a Moyse usque ad Iohannem baptistam ut diximus D. m) sed B; folgt quod E. n-n) secundum illud D. Die Lesarten l, n und q in der Hs. D deuten auf eine eigene Version im Entwurfsstadium des Textes hin. o) Sed C. p) que B. q) folgt scilicet ·VI· et ·VII· D. r) folgt et D. s) folgt a D. t) folgt idest septem persecutiones, vel ·VII· tribulationes, vel ·VII· prelia D. u) fehlt A. v) folgt veteris testamenti sic D. w) colliguntur D; collige C; colligi A. x) folgt fuit D. y) folgt et aliarum gentium D. z) Modorum C. a) recidivum BD. b) fehlt B. c) folgt in AC. d) significaverunt D. e) folgt deus D. f) fehlt BE. g) aperuit E. h) Aperuit DE. i) signata B. k) patefecit D. l) typicum B. m) typice Egyptii quid D. An dieser wie an anderen Stellen scheint es, daß D eine inhaltliche und stilistische Überarbeitung des Erstentwurfs ist, wobei erläuternde Einfügungen und Wortumstellungen vorgenommen wurden.

⁵⁶) vgl. Z. 121ff.; 237ff.

⁵⁷) Iob 5,19.

⁵⁸) vgl. Apoc. 14,13.

⁵⁹) vgl. 4 Reg. 17.

⁶⁰) vgl. 1. Macc. 1,56f.